

nue ibi pugnaverat in ponte Bergomensi cum magna hostium ignominia militie insignia adeptus est. dimisso oppido, quoniam ^(a) non venerant obsides, ceptum iter properant ^(b) atque amnem petitum attingunt. quo pervenientes vadaque ^(c), quibus transgredi possent, perquirentes sollicite, ad oppidum quoddam in agro Mediolanensi, Pandinum ei nomen est ⁽¹⁾, locum amenissimum secretumque nemoribus, veniunt; quo loci Bernabos, rerum olim suarum magnificientia notissimus, sepositis belli curis, venandi gratia conferre se vacuus solebat. edocti deinde per incolas eius re-

10 gionis ductoresque suos non posse tuto violentie amnis se committere, quoniam et suapte natura impetuosus et liquefactis estivo sole nivibus solito tumidior esset, castra ibidem posuerunt. ex adverso exercitus hostium, nostri vestigia insecurus, non longe se ^(d) locat. dux noster, expertus altero bello adversus eundem hostem

15 magnam multitudinem parvis copiis posse superari, certusque animi suorum militum, quibus ipse locorum angustie virtutem addebat, adhibito maturo consilio, hostibus, eo more ^(e) quo solitum est, ordinariam pugnam indicit. hostes, uti facie pre se ferebant, leti acceptant ^(f), missisque utrinque litteris conventum est ut ex utroque

20 exercitu quaterni ex primoribus deligerentur, qui cum sexaginta militibus in medium planitiem venientes locum diemque pugne statuerunt ^(g). Michael de Rabbata ^(h), a cuius salubribus consiliis universi exercitus salus pendebat, de nostris primus electus ⁽ⁱ⁾ est, qui reliquis comitatus huiusmodi pactionem iniret: de ceteris compertum

gli merita le insegnate cavalleresche.

Costretti a lasciar Bergamo, mentre cercano un guado attraverso l'Adda, i colleghi arrivano a Pandino.

Non potendo passare a guado il fiume, si accampano; presso è l'esercito visconteo.

Indi l'Hawkwood manda a Giacomo dal Verme, perché venga in campo a giusta battaglia, fra sessanta uomini da ciascuna parte.

Accettata la sfida, Michele da Rabatta con tre altri capitani fa preparativi per questa singolare tenzone.

(a) *C Mur.* quia (b) *P Mur.* urgent (c) *P* vada perquirentes (d) *B P Ra* longe
a se *Mur.* sese (e) *P* hostilli eo more *Ra* hostilico (f) *Mur.* accipiunt
(g) *Mur.* statuerent (h) *Mur.* Dominus Michael (i) *B P Ra* selectus

rara e conte di Anguillara, paese quest'ultimo situato in riva dell'Adige alla estremità della provincia di Padova, è chiaro dal contesto che il V. allude ad un condottiero della famiglia dei conti di Anguillara Sabazia nel Lazio, famiglia resa celebre anche nella cerchia di Padova dal fatto che fu il conte Orso d'Anguillara che nel 1341, quale senatore di Roma, incoronò per Roberto di Napoli il Petrarca in Campi-

doglio, ospitandolo nel castello di Capranica (cf. A. GLORIA, *Intorno ai Diplomi dei Principi da Carrara, Padova, 1859*; opuscolo per nozze Papa-fava Antonini-Cittadella Vigodarzere); E. RE, art. Anguillara in *Encyclopédia Italiana* (Treccani), vol. III.

(1) Pandino in Lombardia, al sud-ovest di Milano, fra Treviglio e Lodi, e circa sette chilometri ad est dall'Adda in linea diretta.